



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

Pars I. De Testamentis, Codicillis, & ultimis voluntatibus. Pars II. De  
Hærede, & Hæreditate. Pars III. De Legitima Trebellianica, & aliis  
Detractionibus

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Summa Sive Compendium Eorum, quæ in foro magis practicabilia,  
continentur hoc lib. IX. Par. II. de Hærede, & Hæreditate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74043](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74043)

# S U M M A S I V E C O M P E N D I U M

Eorum, quæ in foro magis practicabilia, continen-  
tur hoc Lib. IX. Par. II. de Hærede,  
& Hæreditate.

## INDEX RUBRICARVM.

### I.

Præmialia, super distinctione generum, vel specie-  
rum hæredum; Et an eorum pluralitas detur in  
solidum, à n. 1. ad 14.

### II.

Quando quis dicatur relictus hæres ab homine, vel  
a lege ad hæreditatem vocatus dicatur; Dataque  
legis, vel hominis vocatione, quando, & quomo-  
do efficiatur talis, à n. 15. ad 32.

### III.

De juribus tam actiuis, quam passiuis, quæ in hære-  
dem transeunt; Et in quibus defunctum repræ-  
sentet; Et de beneficio inventarii, quando, &  
quomodo à juribus passiuis excusat, à numer. 33.  
ad 62.

### IV.

De quaestionebus cadentibus inter ipsos cohæredes  
super divisione, & aliis; Vel inter hæredem, ac  
hæreditatis emptorem, seu cessionarium, sive in-  
ter primum, & secundum hæredem substitutum,  
à n. 63. ad 77.

### V.

De quaestionebus inter hæredem verum, & hæredem  
putativum, vel fiduciarium; Sive inter hæredem  
verum, & tertium, qui cum putativo con-  
traxerit, vel distraxerit, à numer. 78.  
ad 82.

## S V M M A R I V M.

### I.

**D**e duplice significatione, vocabuli heredis  
sanguinis, & rei familiaris, & de hoc se-  
cundo solum agitur.

- 2 De distinctione inter primum, & secundum hære-  
dem, vel directum, & obliquum, sed de primo  
hic agitur.
- 3 De alia distinctione inter hæredem testatum ac in-  
testatum, & quid referat.
- 4 Hæres particularis non est verus hæres, sed potius  
legatarius.
- 5 Hereditis testati, & intestatis simulantes concursus  
non datur in pagano, qui decedere non potest  
pro parte testatus, & pro parte intestatus.
- 6 Non potest paganus habere plures hæredes, vel hæ-  
reditates insolidum, neque diversitas provin-  
ciarum attenditur sed plures hæredes unum re-  
presentant.
- 7 Fallit in milite, qui propter eam potest esse pro parte  
testatus & pro parte intestatus.

Pars II. de hærede.

- 8 An militibus nostri temporis id congruat.
- 9 Benè congruit fidei datarii, qui verimilites dicun-  
tur, ideoque duplensem habent hæredem, & hære-  
ditatem paganam, & fidealem.
- 10 De hæredi putativo contradistinctio à vero.
- 11 Et de hærede fiduciario.
- 12 Clerici ad instar militum habent etiam duplensem  
hæredem.
- 13 De hærede anomalo qualis est fiscus penalis, non  
autem fiscus successor.
- 14 Distinguuntur Rubrica totius materiae.

### II.

- 15 Ut quis dicatur hæres ad activos, & passivos ef-  
fectus hæreditarios, requiratur utraque qua-  
litas habitualis, & actualis, atque una non suf-  
ficit.
- 16 Potest ille, cui hereditas delata est, eā non agnoscere  
etiam in praedictum creditorum.
- 17 Etiam ubi hereditas non agnita transmittitur, ne-  
cessarius est actus in transmissario.
- 18 An, & quando hereditas non agnita transmittitur.
- 19 Ut quis dicatur hæres, debet esse vocatus ad uni-  
versitatem assisi in toto, vel quota.
- 20 Instituus in certis rebus, quamvis universitatem  
conficiant, dicuntur potius legatarii, quam ha-  
res.
- 21 Quando autem institutus in re certa, vel in usa-  
fructu efficiatur hæres universalis.
- 22 Et quando quis dicatur institutus hæres univer-  
salis, & quod non requiratur certa forma, & an  
instituta post mortem hæredis usufructuarii di-  
catur hæres ab initio.
- 23 Non datur hæres in codicillis, sed solum in testa-  
mento, si instituto sit certa, & valida.
- 24 Inspeccio an quis sit legitimus hæres nec nè, ut ipso  
respiens substantiam juris hæreditarii habitu-  
alis, non cadit sub hac materia, sed sub  
alii.
- 25 De distinctione immixtionis, & additionis inter  
uos, & extraneos.
- 26 Additionis hæreditatis, vel immixtio, tam verbis,  
quam factis sequi potest, certamque formam  
non habet, & quæ sint facta.
- 27 Quando verba, vel facta hunc additionis actum  
concludant.
- 28 Additionis per prohibitos se obligare vel actus prejudi-  
ciales facere exigit solemnitates in aliis actibus  
prejudicialibus demandatas.
- 29 Semel hæres non definit esse hæres, atque hereditas  
ad ita, repudiasi non potest.
- 30 Quibus competat refutatio in integrum adversus  
additionem.
- 31 Ex consuetudine Barenii licet repudiare hæredi-  
tatem

F

tatem

De LUCA  
De  
stamentis  
et cat.  
GVI  
S

- tatem aditam; Ac etiam si adita sit ab intestato, detinendo postea testamento cum oneribus.
- 32 An haereditas jam repudiata, denno agnoscit valet.
- III.
- 33 Deregula, ut heres representet defuncti personam in universo eius jure activo, & qua jura non transmittantur ad heredem.
- 34 Representat etiam defunctionum in universo jure passivo.
- 35 Intelligitur pro virili, non autem in solidum, & quando etiam in solidum.
- 36 De beneficio juris liberandi per legem hereditate concessio.
- 37 Quod istud remedium non esset salutare, & deratione.
- 38 De alio remedio, seu beneficio inventarii inducere per suu novissimum.
- 39 De effectibus proficuis ab inventario resultantiibus.
- 40 Isto autem remedio non adhibito, vel male, quales effectus praedicti resulant.
- 41 An omittere inventarium importet delictum, quod causa pœnam.
- 42 Decidem, ut hac omissione arguat dolum, vel animum occultandi.
- 43 De eadem restituione in integrum, de qua numer. 30. etiam adversus omissum inventarium.
- 44 Per omissionem inventarii non amittuntur de traditiones legales, vel accidentales excepta falsiditia.
- 45 Ad quid proficit, ut detractiones non admittantur.
- 46 Et quid circa confusionem actionum, qua ex inventarii omissione residat.
- 47 Intrâ vires hereditatis inventarium non suffragatur.
- 48 Quando ante discussas hereditarias vires obstat, necne in iuribus propriis qualitas hereditaria, distinguuntur.
- 49 Quando contra heredem in persona, & bonis propriis procedatur in processu executivo.
- 50 De forma, & solemnitatibus inventarii, ut legitimum dicatur, &c.
- 51 De non integra, vel non bene descripta distinctione bonorum.
- 52 An omissione aliquorum bonorum causet nullitatem inventarii, vel aliam pœnam.
- 53 Non datur contra heredem crimen expilata hereditatis.
- 54 De clausula salutationis apponi solita in inventario.
- 55 Cessante inventarii beneficio heres in parte tenetur pro sola virili, & quando in solidum.
- 56 Bona heredis an sint hypothecata pro debitis defuncti, & quando, &c. tam respectu hypothecae expressa, quam legalis, & quid pro re integratone fideicommissi.
- 57 Heres liberè solvendo creditoribus posterioribus, non reportata causione, tenetur de suo ad reiteratas solutionem.
- 58 An, & quando obligatio heredis de proprio, vel alia novatio tollat beneficiaria inventarii.
- 59 Antestator prohibeat inventarii confessionem, vel beneficia.
- 60 Quid de Statuto Florentino.
- 61 An clericatus, vel canonica equitas excusat.
- 62 An teneatur reddererationem de actionibus, & mobilibus.
- IV.
- 63 De questionibus inter heredem gravatum, & substituum remissive, & de quibus questionibus in praesenti agatur.
- 64 De activo, & passivo contributo cadente inter heredes unus eorum totum debitum solvit, vel creditum exigit.
- 65 Quando contributum activum super nomine debitoris exacto cesseret.
- 66 Hares provocare potest coheredem ad divisionem, non obstante præcepto testatoris.
- 67 De modo faciendi divisionem.
- 68 Debet esse equalis, alias reducenda est ad equalitatem.
- 69 Praestanda est evictio inter dividentes.
- 70 Diviso facta quando non aderat titulus hereditatis, an servari debeat titulus supervenientis.
- 71 Divisione non requirit scripturam, & probatur ut iam per presumptions.
- 72 Quid in exercitio iurium individuorum.
- 73 De collatione, & quid veniat conferendum.
- 74 Docesionario, vel emptore hereditatis, & an agat de evictione, aliasque controversia inter cedentem, & cessionarium.
- 75 Conheres non agit contra coheredem ad bona hereditaria, nisi ipse conferat, ac ratione redditat.
- 76 De imaginaria solutione, vel bonorum appropriatione per heredem sibi facta.
- 77 Non transferitur possessio bonorum hereditarum; Et de Statuto de continuanda possessione, &c.
- V.
- 78 De differentia inter heredem verum, & putativum, & ad quid putativum tencatur erga heredem verum.
- 79 Putativo verus heres non imputat cur inventarium non conseruit.
- 80 Et de contrahentibus, vel distractib; cum herede putativo, an id officiat heredem verum, &c.
- 81 De differentiis inter heredem verum, & fiduciarium remissive, &c.
- 82 De judicialibus remedii heredi competentibus
- I.
- Proemialia super distinctione generum, vel specierum heredum, & an eorum pluralitas deatur in solidum.

**H**ereditis vocabulum, duplicum habet significationem; Unam nemp̄ illius, qui sanguinis, ac natura sit successor; Aliam vero ejus, qui ex defuncti expresso, vel per legem subiactello judicio, aut potentia, in re familiaris succedit; De hoc autem secundo tractatio est; Itaque in duplicum speciem distinguuntur, directi, nemp̄ ac immediati, & obliqui, sc̄a mediati, cui per alium heredem, ex defuncti iudicio, ex fideicommisso fiat hereditatis restituto; De primo autem in praesenti sermo est, cum dealtero, in fideicommissorum sede agatur.

Quamvis enim, in codem primo, ac immediato, altera distinctio intret inter testamentarium, ac intestatum, qui sub legitimi hereditis vocabulo explicari solet; Haec tamen distinctio, quosdam accidentales

tales percepit effectus, juristamen hæreditarii substantiam non alterat, cum ita defunctum, in universitate activo, ac passivo, unus, ac alter representet, aque una, vel altera qualitate positâ, & super quæ soler quæstio, idem est effectus; Aliaque distinctione inter hæredem universalem & particularem, verbalis tantum esse dignoscitur, cum spectata substantia, primò tantum iste titulus congruat, alter autem, legatarii jure potius ceasdus veniat, ut proxime infra.

Utriusque testati, ac intestati hæredis, concursus sum simultaneum, in pagano lex prohibet, atque incompatibilem reputat, quoniam pagano non conceditur, ut pro parte testatus, ac pro parte intestatus decedat; Minusque, ut duos, vel plures insolidum hæredes universales, duasque hæreditates habeat, quamvis, provinciarum, vel locorum distinctiones, super bonorum situatione accedit, cum declarationibus tamen, de quibus in sua sede.

Quamvis enim iure permisum sit, plures testatos, vel intestatos habere hæredes, ac successores universales, qui per simultaneum concursum, sociative ad eandem hæreditatem votati sint; Adhuc tamen, unica est hæreditas, omniumque hæredum personæ materialis, unam hæredis personam formalē, sive intellectuālē, sive unicum polycūm corpus, unius hæredis, vel defuncti representativum, constitutæ dicuntur, ita totum pro eorum virili possidendi; Ideoque in rebus certis, vel in certa bonorum universitate, licet sub hæredis titulo infeatur, legatarius tamen censendum est. *disc. 3.*

Militibus autem, utrumque lex concedit, ut duplēcē scilicet habeat hæreditatem, duplēcēque diversum hæredem insolidum, paganum nempe, ac militarem; Eorumque diversa etiam sit succendīcausa, ut unus testatus, alter vero intestatus exīat; Patrimoniorum etenim diversitas, duplēcē diversa personæ formalis, vel intellectuālis concursus, in eadem persona materiali producit, perinde ac si duo essent diversi defuncti, quorum unus testatus, alter autem intestatus obicerit.

Nulla vero, seu nimium rara est, in illis nostris temporis militibus, qui castra sequuntur, hujus legalis fictionis praxis, cum, excepta solemnitatum remissione, in testamento quod fiat eo tempore, quo in acie existant, *sab tit. de testam. disc. 28.* exceptique onerum, vel fori aliquibus exemptionibus, nostrorum temporum milites, in reliquis paganorum iure censeri videntur, neque eis congruunt, quæ Romanorum lex, de tempore antiqui florentis Romani Imperii, militibus concessit, cum diversa tunc esset militum vita, & forma, magisque solemnis adscriptio. *eodem disc. 28.*

In hac autem peculiari legis prærogativa, duplēcē universam distinctam hæreditatem, duplēcēque diversum hæredem in solidum habendi, antiquorum militum jure censentur, atque subrogati sunt illi veri feudatarii, qui rectū, ac proprium nobile feudum (cui militare servitium annexum, & connaturale est) possideant, cum isti, primi ordinis milites, Principi auxiliantes, semperque militia parati, ac jumentari solemnitate adulterici, censentur; Ipsum enim feudum, à reliquo paganis bonis (quæ modernus usus allodialia, vel burgensatica appellat) distinetum, universitatem facti & juris, vel unius speciei constituit, ideoque aptum est, universalem successionem contradistinctum habere, eademque antiqua duplēcē paganici, ac militaris patrimonii distinctione congruit. *tit. defend. disc. 20. & seqq.*

Alia quoque ad plures effectus distinctio cadit super hoc hæredi vocabulo, inter verum & putatum;

vum; Isto subdistincto inter eum, qui bona, ac alterum, qui malæ fidei sit, quia nempe priori casu, justè se ipsum verum putaverit hæredem, quamvis talis non esset, eo adhuc occulto, qui verus esset, talis que ab aliis quoque conferetur, in altero autem, ab aliis talis crederetur, ipse vero sciret se non esse.

Fiduciario quoque, hæredis nomen, seu vocabulum, communis loquendi usus tribuit; Verè tamen nunquam talis est, dum ab initio ceasetur ille, qui directè volitus est, atque sub alterius fiduciario nomine occultatus, ejusque detectio novum jus, vel titulum non caufat, sed quod jam sub velo inerat, eo levato detectit, ad instar ejus qui à spicis grana excutit.

Ad militum instar, in clericis quoque, ut potè cœlestis militia professoribus, eadem duplēcē distinctæ hæreditatis, duplēcēque diversi universalis hæredis in solidum, concursus datur, pro ecclesiastici, scilicet, ac prophani seu temporalis patrimonii distinctione. *tit. de benef. disc. 81. & seqq. & iii. de testam. disc. 7. & 77.*

Anomali quoque hæredis, ea habetur species, quæ in fisco poenali, universum delinquentis assem, ex universo bonorum publicatione sibi applicante dignoscitur; Cum etenim, non ex defuncti implicito, vel à lege subiacte judicio, hæreditatem obtineat, ut obtainere dicitur quando, ob legitimi hæredis defunctum, intestato morienti succedit, sed ob illius annihilationem, ac poenalem abdicationem, hinc proinde, non verus, ac proprius, ut in altero successions calu sed anomalous hæres dicitur, ad plures exinde resultantes effectus.

His itaque generalibus ita præcognitis, universa hæredis, ac hæreditatis materia, pro iis, quæ forensi præxi congrua sunt, quatuor recipit inspectiones, vel Rubricas, circa quas omnes fori questiones circumferri videntur; Primo, nempe ad hujusmodi qualitatē hæreditaria acquisitionem, vel impressiōnem, quando scilicet quis vero dicatur hæres, talisque evadat; Secundo (hujusmodi qualitate positâ) circa jura, tam activa, quæ in eum transeant, & in quibus defunctum representent, quam circa onera, & jura passiva favore tertii, qui coæqualē hæreditarium titulum non habeat, sub cuius genere, creditoris, & legatarii veniunt, cum aliis effectibus ipsi met hæredi præjudicialibus ex hæreditaria qualitate resultantibus, unde propterea inventarii inspectio manat; Tertiò super questionibus, quæ inter ipsosmet plures cohæredes cadant, super divisione præsertim, vel inter alios, quibus hæres jus hæreditarium cessionis titulo, communicaverit; Et quartò super aliis questionibus, quas inter verum, ac putatum, vel fiduciarium calu producat.

### I. I.

*Quando quis dicatur relictus hæres ab homine, vel à lege ad hæreditatem vocatus censeatur; Dataque legis, vel hominis vocazione, quando, & quomodo efficiatur talis.*

Duplicem inspectionem habet hæc Rubric, super tituli nempe hæreditarii habituali competentiā, seu delatione, ac super ejusdem jam delata agnitio-ne, cum utrique copulativus concursus, ad hujusmodi qualitatē constituendam sit necessarius; Nil etenim refert hæreditatem agnosci, si vere delata non sit, atque habitualiter non competit; Minusque eam esse delatam, si non agnoscatur, cum is posse, cui delata est, etiam in ejus creditorum præjudicium non agnosceret. *sab iii. de credito disc. 137. & seq.*

De LUCA  
De  
statu  
et cat.  
GVI

*seq.* Atque ubi etiam per ipsum morientem jus agnoscendi transmittatur, adhuc tamen, tanquam agnoscenda transmittitur, ideoque in ipso transmiserio agnitionis actus est necessarius.

Non agnita autem hæreditatis jus non transmititur; Nisi ratio sanguinis; Vel adhuc durantis temporis ad deliberandum; Sive voluntas defuncti; Aut iusta causa quæ restitutionis in integrum beneficio locum aperiat, regulæ limitationem inducat.

Hæreditarii titulus, bonorum universitati, in tota, vel quota, adjectus esse debet, non autem in certis bonis quamvis ista in se universitatem constituant, ubi comparatione universi assis, certam rem constitutere dicantur; ubi etenim certæ rei hæreditarius titulus adjectus, tunc dato alio hærede universali, remanet iste hæres particularis, cui legatarii potius, quam hæredis nomen congruit, taleque jus obtinet, non autem hæreditarium.

Eatenus autem ille, qui in certa re, vel in usufructu universalis honoratus est, hæredis universalis nomen, ac jus obtinet, quatenus hæredis universalis institutione omessa, vel ubi institutus, ex casu, aut ex voluntate deficiat, cum tunc ob legis suppletionem, induciam ab absurdri ratione, ne eodem tempore testatus, ac intestatus quis decebat, tanquam ex juris accrescendi beneficio hæres universalis efficiatur, *dise. 1. & 2.*

E converso autem, ubi rerum universitati dispositio adjecta sit, tunc ille, cuius favore ita dispositum est, hæres universalis dicitur, quamvis institutionis titulus non sit adjectus; Quinimo sic adjectus titulus legati, quoniam licet antiquæ legis rigor verborum formalitatem desideret; Novi tamen juris benignitas, hac remotâ subtilitate, non verborum corticem & formulam, sed rei veritatem, ac substantiam attendit *eod. dise. 1. & 2.* Quæstione cadente, an ille, qui post usum fructuarium mortem est institutus, ab initio hæres directus, vel potius obliquus, ac substitutus dicatur, atque prior pars recepta est pro regula, ex facti circumstantiis limitanda. *eodem dise. 1. & 2.*

Procedunt hæc, in testamentario, cum ipsius testatrix dispositionis certitudine, ac validitate, ipsaque directa qualitate præsupposita, ut scilicet in testamento hac dispositio sequatur, non autem in codicillis, in quibus hæreditas directo dari, vel adimi non potest; Ubi etenim dispositionis dubietas cadat, tunc non ad hanc hæredis, sed ad alteram testamentorum sedem id pertinet; Idemque præsuppositum, in legitimo seu intestato constituentem est, quoniam ubi de successionis pertinentia quæstio cadat, successionum materiam id perevit.

Agnitio autem hæreditatis, (quæ in hærede suo sub immixtions termino in jure explicatur, in extraneo autem, sub illo additionis) certam non exigit formam, vel solemnitatem, quoniam, ne dum verbis in judicio, vel extra, sed etiam factis explicari potest hæc voluntas, à qua perfectio actus pendet; Ideoque possessio bonorum hæreditariorum, vel alienatio, aliqua dispositio; Sive nominum exactio; vel debitorum solutio; Aut dotium maternarum revertentio per patrem facta, aliive similes actus, additionem inducent.

Facilius tamen hic additionis actus, ex verbis, vel factis resultat, ubi facientis sit proficuus, eique expedit illum sequutum esse; Ubi etenim in oppositum seres habeat, quia nempe in facientis præjudicium actus redundet, tunc difficultas ad illum interfertur; Ideoque ubi de verbis agitur, ea serio prolatata esse debent ab eo, de cuius animi explicacione agitur, illaque univoca defiderantur, quodque id important per-

necesse; Secus autem si à Notario, vel à procuratore, sine mandato, vel ratificatione, aut ab ipsorum, prolatâ sint verba, & quivoca diversum intellectum apta recipere, aut solam velleitatem denotantia.

Ubi autem de actibus facti agatur, eatenus hanc faciunt operationem, quatenus univoci sint, qui cetera jus, ac nomen hæredis fieri non potuerint; Secus autem ubi, ad alium titulum, vel nomen referri possunt, creditoris nempe, vel fideicommissarii, aut simile, cum ad illum titulum actus referri debeat, qui facienti sit magis proficuus, minusve præjudicialis; quamvis ille minus verus detegatur, cum illius opinatio sufficiat pro facientis regulando animo, cuius, & quidem certi, ac determinati, quæstio est, vel effectus; Ideoque, non juris, sed facti quæstio est, certam, generalemque non recipiens regulam, cuiuslibet casu adaptabilem, sed ex singulorum casuum circumstantiis, decisio metienda venit *De hac materia additionis ver verba, vel facta, vel per retensionem dotium &c. dise. n. cum pluribus seqq.*

Idem vero additionis actus, jam de facto sequutus, ex communis, vel municipalis juris operatione, inutilis quandoque remanet, atque pro infecto habendus est, quia nempe per illos gestus sit, qui liberant contrahendi, vel alios præjudiciales actus facienti, sine certa forma, vel solemnitate, potestatem non habeant, ut in minoribus, ac mulieribus, pleraque municipalia jura statuant. *dise. 14. & 15.*

Semel autem impressa, vel acquisita hæreditaria qualitas perpetua est, nisi defuncti judicium, ex iuncto restitutio onere eam solvat, cum tamen hæres, non definat esse talis; Ideoque facta validatione, repudiandi facultas, quoad ea, quæ aedenti præjudicia sunt, intercessatis dissentientibus, denegatur.

Restitutio in integrum beneficio, ad hujusmodi qualitatem exuendam, reservato minoribus, ac aliis, quos lex eo dignos, ob judicij imbecillitatem reputat; Eoque neque denegato iis, quibus, et si regulariter ab illo excludendis, justa causa pro iudicis prudenti, bencque regulato arbitrio penfanda, concedi debere suadeat. *dise. 29.*

Vel nisi lex municipalis hanc repudiandi admittat hæreditatem, facultatem concedat, ut Barensis consuetudo disponit, *dise. 23.* Aut quod ex titulo, qui in errore detegatur, aditio facta sit, quia nempe ab intestato, si adsit testamentum, *dise. 24.*

Et è converso, facta repudiatione, non datur amplius, in alterius præjudicium, aedenti facultas, exceptis iis, quos lex appellat suos, quibus id infra certum terminum indulgetur; In ejus tamen præjudicium, alio intestato, cui successio aperta sit, si non opponente, adeo ut per ejus oppositionem actionis non resolvatur, aditio etiam post repudiationem operativa remanet.

### III.

*De juribus tam activis, quam passivis, quæ in heredem transcant. Et in quibus defunctum representet, & quomodo; Et de inventarii beneficio, quando a passivis juribus, vel oneribus eximatur.*

Juris generica regula est, ut personam defuncti in universo ejus jure activo hæres representet, omnianque gerere valeat, quæ ipse defunctus facere posset, si viveret; Aliam non recipiens limitationem, nisi eam, quæ ex ipsius juris natura resultet, quia nempè mere personale sit, ad hæredem non transmisibile; Ideoque alia despicer, norma generica

tradi

tradi non potest, nisi ea, ut quidquid de jure transmisibile non est, sub hac regula non cadat; Qualia vero sint ea, que non transmittuntur, sed persona-  
lisunt, argue cum persona transmittuntur, seu  
quorum aliis transmissibilium ad eos heredes, qui  
certam habeant qualitatem, haeres ob requisita  
qualitatibus defectum, incapax existat, ex facti circum-  
stantiis recipit determinationem, atque sub feudaliter,  
vel fideicommissaria, seu patronatum respectivae  
materia aliqualiter influuntur.

Majores autem, nimirumque frequentes fori  
quaestiones, hanc defunctori representationem, in o-  
diosis, ac juribus passivis, onerumque hereditario-  
rum suppurationem percutiunt, dum in ipsis quo-  
que iuribus, eadem regula generalis sequitur procedit,  
ut personam defuncti in omnibus haeres repre-  
sentet; Pro ea tamen virili, seu quota, in qua hereditate  
obtineat, cum solidi obligationem inter ha-  
redes, legis regula prohibeat; Nisi aliquod specia-  
le privilegium; Vel realis, aut rei persecutoria a-  
etio; Sive juris individua natura aliud suadeat. tit. de  
feud. dis. 20. & seqq. & sub tit. de credito.

Ut autem ab iis praecipuis, que in persona, vel  
are propriis, ob hujusmodi passivorum iurium sub-  
intrationem, heres de facili pati possit, antiqua lex,  
juri deliberandi remedium introduxit, ut scilicet  
adeungi concedatur annus, intra quem, de statu ha-  
reditatis, magis distinctam obtinendo informatio-  
nem, deliberae valeat, an eam retinere, vel potius  
repudiare, seu ab ea abstinere eligat, quod fieri pos-  
se lex concedit.

Non esse tamen sufficiens remedium, successiva  
experiencia docuit; Vel quia in magnis, negotiatori-  
um praesertim, frequenter involutis hereditatibus  
non de facili haec notitia sufficiens infra dictum  
terminum haberivaleat, cum creditores hereditati-  
tem suspecciam habentes, eorum iura termino du-  
rante, occultare curarent, ut ita doneum heredem,  
in ejus persona, & bonis obligatum haberent; Vel  
quia plerumque haeres, infra eundem terminum, ha-  
reditatem expilando in iis bonis, quae occultationi, vel  
dissipationi subiecta sint, cum ejus repudiatione,  
creditoribus, aliquis interessatis, fraudem de facili  
facere posset.

Hinc proinde, novissima Justinianus lex, alia inventarii, magis ratum, magisque proficuum reme-  
diuim, seu beneficium induxit, quo mediante, adeungi  
plesce consilium remaneat, dum hereditatis adminis-  
trator potius, quam verus haeres reputatus, nullas  
in persona, & bonis propriis molestias pati cogitur,  
minusque aliud praecipuum in iuribus propriis  
sentire, illud praesertim confusionis actionum, vel  
alterum incompatibilitatis habendi cum hereditate  
jura activa, seu ejus bona acquirendi, cum ita lex,  
diam in hereditate una persona materiali, singulat diver-  
tas formales, vel intellectuales, unam scilicet propria-  
riam, & alteram administratoris hereditatis, ideo-  
que inter unam personam, & alteram, actus incom-  
patibilis bene dantur.

Prodest autem hoc remedium, quatenus illud,  
legitime, atque juxta formam ab eadem lege pre-  
scriptam adhibetur, cum paria in hoc reputantur,  
nullum, & nihil, non facere scilicet, vel facere male;  
Idque uno vel altero casu, hujusmodi proficisci  
efficitibus cestantibus, tanquam per beneficium sub-  
traditionem, illi resultant effectus praecipuidiciles, qui  
ante illius introductionem ex jure antiquo resulta-  
bant; Idque non ex pena, quae per jus novissimum  
de novo inficta sit, sed ex ejus beneficio subtradicio-  
ne, perinde, ac si talis beneficium introductio sequunta-  
non esset; ac propterea ex antiqui juris operatio-

ne, ipsaque tituli hereditarii natura, quae ex hoc re-  
medio praeservativo alterata non sit, antiqui praecipi-  
ciales effectus resulant.

Hinc proinde falluntur opinantes, ut inventarii  
omissio, crimen redoleat, ex quo, obligatio de pro-  
prio ultra vires, aliquae praecipuidiciles effectus resul-  
tent, tanquam per speciem penae, quoniam soluta  
est non usus beneficii, quod in invitum non confer-  
tur; Ideoque nil prohibet etiam hodie, eo neglecto,  
adhibere alterum antiqui jure deliberandi.

Quia vero negligere aed proficuum remedium,  
vel simplicitatem, magnamque imprudentiam, vel  
malitiam arguit, hinc proinde, ubi simplicitatis, aliæ  
vero justæ excusationis argumenta defint, dolii, ac de-  
pravati animi occultandi non levis cedit suspicio,  
ad plures effectus, illum praesertim, præsumptæ oc-  
cultationis honorum; E converso autem, simplici-  
tate, vel alia probabili excusatione accedente, ad-  
versus neglegendum hujus remedii usum, restitutioonis  
in integrum beneficio succurritur, ne dum minori.  
bus, aliquique privilegiatis, quoslex hoc beneficio  
dignos esse regulariter statuit, sed etiam majoribus,  
quando superioris insinuata generalis clausula, si qua  
mibi in causa, &c. ita prudentis Judicis arbitrio  
suadeat. De hoc beneficio inventarii, ejusque conser-  
tione dis. 19. cum pluribus seqq.

Atque hinc resulant, ut eadem omisso, legitimam  
vel trebellianam, aliquique legalibus, vel accidentalibus  
detractionibus, falcidiæ exceptâ, non praecipi-  
cet, quoniam etiam ante hujus novissimi remedii in-  
troductionem, easdem detractiones lex concedebat;  
Quamvis etenim creditorum, ac legatariorum,  
seu particularium fideicommissariorum respec-  
tu, ista detractionum competentia inanis aliquibus  
videatur, dum sive competant, sive non, insolida  
mentum etiam de proprio a ea tenetur, quasi quod, res-  
pectu fideicommissarii universalis tantum proficia-  
bit; Erronea tamen opinatio est, quoniam, in pra-  
ecipuum etiam creditorum hereditatis, vel legata-  
riorum, inventarii omissione non obstante, firma  
remainet detractionum competentia pro jure credi-  
torum ipsius heredis, vel aliorum in ejus asse jus ha-  
bentium. Sub tit. de legitima & deratione.

Idemque respectu confusionis actionum, cum  
eadem distinctione intret; Quamvis aliqua dignosca-  
tur questione, ubi præsumptæ, sive intellectuales solu-  
tionis ratio, veram debiti extinctionem operetur,  
quod tamen in tertii praecipuum minus probabile  
videtur. tit. de credito dis. 40.

Suffragatur autem inventarii beneficium, ne de  
proprio haeres teneatur, non autem, ut ab her-  
editariis oneribus, intra hereditatis vires excusari va-  
leat; Ideoque ad virium limites, idem est inventarii  
confectum, vel non confectum esse, ut etiam  
in iuribus, quae heredi ex persona, jureque proprio  
competant. Auctoris factum, præcisè ratum habe-  
re debeat, illudque impugnare non valeat.

Cum ea tamen differentia inter eundem her-  
editem auctorem, & reum, ut in primo casu heredi onus  
incubat de inventario legitimè confecto, atque de  
non existenti bonorum hereditariorum, cum rationum  
redditione docere, ut ita heredis persona  
exitâ, liberum sibi jus maneat, proprias actiones  
exercere, ob contrarium præsumptionem opulen-  
tiae hereditatis; In secundo autem, in quo contin-  
get contra heredem in persona, vel bonis propriis  
actiones exerceri, teneatur auctor prius eum requiri-  
re ad docendum de inventario, reddendumque  
rationes, cum ea consueta terminorum præfixio-  
ne, quam locorum praxis exigat.

De LUCA  
De  
instrumentis  
et cat.  
GVI

Eo etenim id negligente, ex contumacia fundamento, ad ipsius condemnationem, etiam in processu executivo, qui contra defunctum competenter, procedi potest; Comparente autem, atque inventarium allegante, ac rationes reddente, processus executivus cessat, quamvis etiam in judicio ordinario, ob illegitimum inventarium, vel ob non bene redditas rationes, ejus condemnationi locutus esse debet, cum tunc punctus petitorii dicatur, ideoque in judicio ordinario decidendum. *disc. 2r.*

Super inventarii vero forma, vel solemnitate, ut legitime confessum dicatur, quæstiones forus audit frequentier, illæque duplice habent inspectionem; Unam scilicet, super forma, vel solemnitate, quæ per idem jus novissimum ejus introductivum, præscripta est, præsertim circa certorum creditorum speciale citationem, incertorum autem per proclama; Alteram vero, super ipsius inventarii fidelite, vel integritate, ac distinctione, an scilicet omnia bona fideliter, integrè, ac distinctè describantur, adeò ut satisfactum remaneat fini, ob quem hoc medium introducum est, ut fraudis, & occultationis suspicio, vel possibilis cesseret.

Quamvis autem, quoad primam formæ, vel solemnitatem inspectionem, idem jus pleraque statuat, super quorum præciso implemento, juxta rigorosam litteræ significationem, plerique insistant, præsertim vero scholastici, litteræ legum cultores, & amatores; Apud forensen, probabilius receptum est, ut sufficiat, eas adhibere solemnitates, quæ ex recepto locorum, vel Tribunalium stylo adhiberi solent.

In eo tamen citationis creditorum requisito omnis concordante, cuius tamen defectus in parte omnino dam actus infectionem non causat, cum solidum respectu eorum, qui jam noti citati debuerunt, atque citati non sunt, actus pro infecto habeatur, ideoque inventarium non pro sit, secus autem quoad citatos; Rarique sunt calus, in quibus hic scrupulosus forma defectus (*causidicorum inadvertitiae, vel imperitia referendus*, hunc adeò præjudiciale producat effectum, ubi dolum non redoleat, vel effectum, de quo in sequenti inspectione, non percusat.

Super minus fideli autem, vel non integrâ descriptione bonorum, majores, ac frequentiores audiuntur in foro quæstiones, non de facili, certam, ac generalem recipientes regulam cuicunque casui applicabilem, cum facti potius, quam juris videatur quæstio, pro facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis, prudenti, beneque regulato Judicis arbitrio decindenda, spectato principaliter fine, vel effectu, qui per legem consideratus est, ob quem medium hoc ad inventum fuit, ut occultationi bonorum, ac fraudibus occurratur, eodem modo, quo ipsius hereditatis indemnitat consilitur.

Ideoque illa integra, beneque distincta, seu specificata omnium bonorum descriptio, quam plerique desiderant, discretè pro facti qualitate intelligenda est, pro effectuum exinde resultantium varicitate, non autem, ut id, actus infectionem, distique beneficii privationem causare debet, ut in sua sede distinguendo, seu declarando advertitur.

Quamvis enim aliquorum opinio sit, ut hæres aliquorum bonorum occultator, inventarii beneficio privatus esse debet; Magis tamen alia opinio recepta est, ut id hanc penam non causeret, solumque ubi dolosa omissione sit, illam dupli producat, (quam etiam raro praxis docet) Benè tamen aliquos producit præjudiciales effectus, illum præsertim, ut hoc errore detecto negativam non eo coarctet existen-

tia aliorum bonorum. *De premisis omnibus ad materiam inventarii disc. 19. & seqq.*

Prout minus recepta est altera, rigorosa opinio, quæ hæredem aliqua bona hereditaria occultantem criminis expilarat, hereditatis reum credit, cum illud in eo cadat, qui nullum dominij, ac juris proprii titulum habeat, non autem in hærede, cui errores corrigendi, eaque semper apponendi in inventario bona, quæ omisla sint, facultatem tribuit, cautela, quæ resultat a clausula in inventario ad ieiunia, juriis apponendi, quæ apposta non sint. *Sub tit. de a. liensat. & contract. disc. 41.*

Ubi vero, dicto inventarii beneficio non suffigante, vel quia illud exhibitum non sit, vel quia non exhibito habendum veniat, vel quod eo exhibito, vires hereditariae suppetant, adeo ut creditoribus, vel legatariis actione competat, atque hæredis obligatio intreret, tunc, ut jam insinuatum est, ea pro sola virili, non autem in solidum est exercibilis; Ni si defuncti voluntas; Vel ipsiis juris individua natura; Vel actione realis; Aut speciali creditoris privilegium, hanc solidi obligationem producat; Ideo que hæredi coacte, vel voluntarie integrum debitum hereditarium solventi, jus competit ad contributum adversus cohæredes, eo modo, quo è conversis datur eadem contributi, vel communicationis actione contra illum, qui totum debitum hereditarium exegit, ut sequenti Rubrica advertitur.

Super ipsius quoque hæreditis bonorum hypotheca, pro debitis hereditariis, quæsto cadit, regulari habens negativam, ex ipsius defuncti facto limitandam, cum debitori potestas detur, hæredi etiam bona obligandi, quoties hæc voluntas accedit, quæ expressa esse debet, in dubio non praesumenda; In plerisque tamen obligationem formulatis ea inesse solet, ut præsertim est illa, quæ in Camera Apostolica forma dicitur, nisi ad propria bona restrixta sit. *sub tit. de credito disc. 36. & seqq.*

An autem pro hereditariorum bonorum ab eius dissipatorum, seu alijs consumptorum reintegratio, tacita, seu legalis hypotheca super propriis hereditis bonis contrahatur, modernorum est quædo, varias habens opiniones, ac recipiens distinctiones. Aliquis affirmativam simpliciter tenentibus; Alii autem simpliciter negativam; Et alii distinguuntur; an dolus adsit, vel absit; Aliisque distinguuntur inter heredem fidicimisso gravatum, ac cum, qui pure sit talis, ut in sua sede, ubi de hismodi opinionum varietate, ac distinctionibus, quædo recipienda sint. *locis proximè allegatis.*

Inventarii legitime confessi beneficio non obstante, quandoque hæres, rei propriæ jacturam, ex imprudenti patitur, quamvis lex, ampliæ ei concesserit exemptionem; Ubi nempe minus caro liberar solvent pecuniam creditoribus primis videntibus, qui postmodum aliis posteriores detingantur, eam non exigendo cautionem, quam exigat, ac respectivè præstari debere, moderna recepta praxis docet, ideoque habitâ solutione pro infectis, anterioribus pro viribus hereditariis effectus remanet; Nisi justè opinatæ hereditatis nimia opulenta, cum excusatum reddat. *disc. 25.*

Novatio item inventarii beneficium, ob ejusdem hæreditis obligationem de proprio juxta unam opinionem, indefinitè tollit; Altera vero probabilitior est, ut ea obligatio hunc effectum cauet, quæ novationem ob aliquam ipsius hæreditis utilitatem redoleat, non autem, ubi cum presupposito sufficientiæ viri, ea facta sit, absq; probabilitate sufficienziæ proficuo beneficio renunciad; Facilius autem hæc posterior opinio in Regno Neapolitanoproce-

## DE HAERede ET HAEREDITATE.

73

Procedit, ubi speciali lege, vel supremi Senatus Generali decreto cautum est, ut non nisi hujus beneficij nunciatio acedat, cum ejusdem legis, vel decreti speciali renunciatione, propria obligatio non praedicit, dictumque beneficium non tollat, sub tit. dedito disc. 28, ac etiam hoc tunc obiter.

Præceptum autem testatoris, an illud tollat, quia ne p̄cepit hujus beneficij usum prohibeat, sub quæ ratione est, quæ ex aliquibus distinctionibus determinationem recipit, disc. 18. Atque alicubi lex municipalis illud admittit, ea vero lex plures declaratio-nes recipit, de quibus in sua sede disc. 16.

Aliorum opinio est, ut clericatus, vel canonica-  
ca, & quæritas, eximat heredem, qui inventarium non  
concederet ab obligatione ultra vires, et tamen re-  
cepit, non est disc. 22.

An autem fructuum perceptorum ex bonis haereditariis, vel mobilium consumptorum rationes heros beneficiatus reddere teneatur, questio est, quæ ex facti qualitate, & circumstantiis recipit de-  
cisionem disc. 7. 10. & 11.

### IV.

De questionibus cadentibus inter ipsos coheredes super  
divisionem, & alios; Vel in heredem, ac hereditati  
emperorem, seu cessionario, sive inter primum,  
& secundum heredem substatutum.

Ea quæ inter primum, & secundum heredem, si-  
ve in directum restitutionis onere gravatum,  
& obliquum, cui restitutio demandata est, dispu-  
tari contingit, non istam, sed fideicommissariam,  
vel detractionum percutiunt materiam, ideoque in  
earum insinuatis sedibus agitur; Ibi que etiam de  
herede fiduciario, ac eo, in cuius gratiam, & com-  
modum, alter fiduciariæ hereditatis titulo est honorata;  
Ita Rubrica, eas capiente questiones, quæ in-  
ter ipsos primos coheredes coequali jure venien-  
tes, eundemque pariformem hereditarium titu-  
lum cumulative, pro virilibus, vel quotis habentes,  
contingant.

Ea vero potissimum est questio superioris insinuata,  
quæ activi, ac passivi contributi materiam percudit,  
ut uno scilicet herede totum debitum, vel aliud o-  
mnis ferente, vel pro eo molestias insolidum recti-  
pente, teneatur coheres resicere, vel eum inde-  
nem relevare pro virili, nisi defuncti voluntas aliud  
fuerat; Etè conuerso, uno eorum totum nomen  
debitoris exigente, aliave bona, vel iura insolidum  
obliniente, reficiere, vel supplere coheredi tene-  
atur id, quod ejus virilis importet, præteritum vero si  
fructus excessivè perceperit; Secùs autem, ubi co-  
heres de sua portionis exactione, vel perceptione  
sit sollicitus, alter autem negligat, cum tunc negli-  
gitur damno cedere debet totum id, quod casus  
in parte neglecta præbuerit; Nisi societas, vel  
communis lex, vel ratio exigat, ut exactum, ac  
neglectum communī commōdo, & incommodo  
cedere debet disc. 10. & 11. & 7.

Frequentius autem questiones forus audit su-  
perius, quæ (ut Juristi dicunt), familiæ eriscundæ,  
vel communi dividendo actionem concernunt, su-  
per coequali scilicet bonorum, ac iurium heredita-  
torum divisione, per quotas, vel viriles.  
Ubi etenim ea facta non sit, recte per heredem  
coherede petitur, cum nemo in communione in-  
vitus manere cogendus veniat, quamvis defuncti  
accedat judicium, quod sperni posse, lex concedit,  
nisi ubi statis ratio, vel alia probabilis causa tem-  
poranea illud rationabile reddat, ideoque obliga-  
torum, ac servandum sit.

Super modo autem eamdem divisionem facien-  
Card. de Luca P. II. de Hered.

di, Jurista cum nimia opinionum varietate certant; Aliquis sortis judicio deferentibus; Aliis vero judicio peritorum; Et alius, ut jus competat, majori faciendi partes, minori autem eligandi optio tribuatur; Aliisque alia voluntibus; Verius autem est, ut Judicis prudenter arbitrio, ex loci moribus, vel personarum, ac bonorum qualitate regulando, id remissum sit, ut non singulorum bonorum scissura facienda sit, sed discrete, ut dividentiam qualitatim magis congruit, uni commodiora bona assignando, ideoque certa desuper generalis regula statuta non est, cum facti qualitates, ac circumstantiæ hoc arbitrium regulari debeat.

Æ qualitatem vero diviso præcipue desiderat, id-  
eoque jam facta inqualis divisio, ad æqualitatem  
reducere debet, vel erronea retractatur, unusque divi-  
dendum, alterieam evictionem praetare debet eu-  
jus denegatio huncæ qualitatis effectum producat; 68  
Secùs autem si evictionis periculum ab inicio, inæ-  
qualium partium æqualitatem causaverit, atque in-  
æqualitatem compensativum sit disc. 27. 39. & 31. Si 70  
verò divisio ex titulo hereditario, qui tunc non  
competat, facta sit, eo supervento, firma rema-  
net. disc. 30.

Scripturam autem, aliamq; expressam probatio-  
nem divisio per necesse non exigit, cum præsum-  
ptiones quoque, & adminicula, ex diurni tempo-  
ris observantia, aliisque circumstantiis resultantia  
admittat.

In iis vero, quæ individua sint, atque honorifican-  
tiam, vel præminentiam concerant, non nisi  
per unum explicabilia, certa t' Sribentes; Alii ma-  
jori natu id referentibus; Alii vero omnibus alter-  
natim tenario ordine; Ac alii, observantia, vel  
moribus regionis id referentibus, idque pro facti  
qualitate, prudenti Judicis arbitrio decidendum est.

Collationis item questiones inter coheredes ca-  
dunt, & quidnam in divisione conferri debeat,  
quod ex facti qualitate, diversisque distinctionibus  
recipit decisionem disc. 31. & 32.

Inter heredem, ac hereditatis emptorem, vel  
donatarium, seu cessionarium, evictionis, aliaque  
cadere solent questiones, certam generalem non  
recipientes regulam cùcumque casui applicabilem;  
Illaque generalitas habetur, ut hereditatis emptor, 74  
vel cessionarius, talis ab initio fingatur, ac si per de-  
functum scriptus esset, vel per legem vocatus; Id-  
eoque cedens, evictionem aliquam non præstet, nisi  
eam, quæ ex ipsis facto sequatur; Et è converso, re-  
ficere teneatur quidquid ad ejus manus ex bonis ha-  
reditariis obvenire, sive activa iura propriæ  
contrà hereditatem salva manent, ac si nunquam  
hares extitisset, nisi conventionis lex aliter exigat;  
His omnibus inter ipsos cedentem, & cessionarium,  
non autem in tertii præjudicium precedentibus,  
cui jus per primi heredis cedentis aditionem esset  
questionis sit, de empt. & vend. disc. 26.

Universi heredi, contrà coheredem aliqua bo-  
na, vel iura hereditaria possidentem, jus dandum  
non est ad sua virilis vindicationem, nisi de iis, quæ  
ad ejus manus insolidum obvenirent, rationes redi-  
dat, ex quibus inæqualitas probata sit, ut propteræ  
ratio æqualitatis intret disc. 32.

Super imaginaria solutione, vel bonorum appro-  
priatione sibi ipsi per heredem facta, cadunt fre-  
quentier questiones, certam regulam non recipien-  
tes, sed pro facti qualitate, ac circumstantiis, effec-  
tuum etiam diversitate attenta, decidenda sunt, ut  
in sua sede adveritur disc. 28.

Hereditariorum bonorum, vel iurium possesso,  
in heredem ipso jure non transit, sed actus facti in  
G posse.

De LUCA  
De  
flamentis  
et cat.  
GVI

77 possessione adipiscenda requisitus sit; Nisi loci lex municipalis, defuncti possessionem in eum continuet, camque apprehensam fingat; Verum id pariter certam non recipit genericam determinacionem, quæ ex facti circumstantiis, diversisque distinctionibus penderet. *Disc. 26.*

## V.

*De questionibus inter hæredem verum, & hæredem putativum, vel fiduciarium; Sive inter hæredem verum, & tertium, qui cum putativo contraxerit, vel distraherit.*

78 Inter verum, ac putativum hæredem, super restituione corum, quæ à putativo distraeta, vel consumpta sint, addo ut nec in specie, nec in equi-pollenti extent, quia nempè non adsit in ejus utilitatem versum, quod duret, unde propterea putatus, non de lucro contendat, sed de damno, quod alibi in proprio patrimonio ex rei consumpta refactione patetur, facti potius, quam juris est quæstio, super bona scilicet, vel malæ fidei requisito; Ubi etenim in mala fide sit versatus, pro extantibus bona hæreditaria, quamvis distraeta, vel consumpta censenda sunt, ideoque refactionis obligatio intrat, cum paria sint possidere, vel dolo possidere delisse.

Ubi vero in bona, tunc à jam consumptis in eo statu excusat, quamvis imprudens, ac dissipatoria consumptio fuerit, quanto imputandum non est, cur dissipaverit ille, qui rem suam dissipare creditit; Quinimò si qui creditus esse in totum hæres, in parte solum r. vera esse detegatur, adhuc in propriam portionem cum cohærede in judicio familie ericundæ, vel communi dividendo, imputare non te-

netur, cum ita consumptum pro non extantib[us] bendum sit.

Mala fides autem per allegantem probanda est, cum in dubio bona potius presumenda sit; Cadent quæstione, ubi de media agatur, quæ in dubitate, vel etrane dignosci videtur; Idque ex facti qualitate, & circumstantiis prudenti Judici penlandis decisionem recipit.

Neque putatio hæres, imputat cur inventarium non conficerit, vel male.

Respectu vero tertii cum putativo contrahenti, vel distrahenti, major est quæstio, an scilicet à putativo gesta, verum hæredem obligent; In hoc autem scribentes certant, probabilior autem distinctio est, an ad obligandum, vel ad liberandum accedit, ut hoc secundo casu præjudicet, non autem primo; Ubi tamen in tertio bona fides accedat, que justam credulitatem inducat.

Inter verū autem, ac fiduciarium, bona, vel malæ fidei distinctio non intrat, nullaque videtur subesse quæstio, cum semper fiduciarius se non est, verum hæredem sciat, solaque sit quæstio superficiæ qualitate, quæ tituli hæreditarii substantiam percuiat, ideoque sub testamentaria, vel fidicomissaria materia potius cadit.

De aliis autem in materia cadentibus pro style in sua sede, videndum est, cum omnium compendiosa restrictio non de facilis memoria retinere pro humana imbecillitate concedatur.

Qualia vero possessorii, vel pecitorii remedia judicialia hæredi competant, ut hæreditariorum bonorum, ac jurium possessionem obtineat, sub judiciorum sede agitur &c.

